



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gesetze der Westgoten

Wohlhaupter, Eugen

Weimar, 1936

IV. Titulus: De adulteriis. // IV. Titel: Von Unzucht

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69894](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69894)

Raptorem virginis vel vidue infra XXX annos omnino liceat accusare. Quod si cum puella parentibus sive cum eadem puella vel vidua de nuptiis fortasse convenerit, inter se agendi licentiam negari non poterit. Transactis autem XXX annis, omnis accusatio sopita manebit.

8. (Chindasvindus.) Si servi mulierem ingenuam rapuerint.

9. (Recessvindus.) Si servus mulierem libertati traditam rapuerit.

10. (Chindasvindus.) Si servus ancillam alterius rapuerit.

11. (Chindasvindus.) De sollicitatoribus filiarum et uxorum alienarum vel etiam viduarum ac de his, qui puellam aut viduam ingenuam absque regio iussu violenter dare marito presumserint.

12. (Recessvindus.) De ingenuis adque servis, quos in raptum interesse constiterit.

IV. Titulus: De adulteriis.

1. Antiqua. Si conibente aut non conibente uxorem cum alio viro adulterium faciat.

Si quis uxori aliene adulterium intulerit violenter, addicatur marito mulieris, ut in eius potestate vindicta consistat. Quod si mulieris fuerit fortasse consensus, marito similis sit potestas de eis faciendi quod placet.

2. Antiqua. Si puella vel mulier dispensata adulterasse repperiatur.

Si inter sponsum et sponse parentes aut cum ipsa forsitam mulierem, que in suo consistat arbitrium, dato pretio et, sicut consuetudo est, ante testes factum placitum de futuro coniugio fuerit definitum, et postea puella vel mulier adulterium

Den Entführer einer Jungfrau oder Witwe kann man jedenfalls binnen 30 Jahren verklagen. Wenn mit des Mädchens Eltern oder mit dem Mädchen selbst oder mit der Witwe eine Vereinbarung über die Hochzeit zustande gekommen ist, so soll ihnen eine Ueberkunft nicht verwehrt sein. Nach Ablauf von 30 Jahren aber sollen alle Klagen ruhen.

8. Wenn Knechte eine freie Frau entführt haben.

9. Wenn ein Knecht eine Freigelassene entführt hat.

10. Wenn ein Knecht die Magd eines anderen (Herrn) entführt hat.

11. Von Leuten, die Töchter und Frauen oder Witwen anderer zu verführen trachten, und von Leuten, die ein Mädchen oder eine Witwe ohne königlichen Befehl mit Gewalt einem Manne verhehlichen.

12. Von Freien oder Knechten, die erweislich bei einer Entführung mitgewirkt haben.

IV. Titel: Von Unzucht

1. Wenn mit oder gegen den Willen einer Ehefrau von einem Manne Ehebruch mit ihr begangen wird.

Wenn jemand die Ehefrau eines andern mit Gewalt zum Ehebruch nötigt, werde er dem Gatten der Frau zugesprochen, damit in dessen Macht die Rache stehe. Wenn etwa die Frau damit einverstanden war, so habe der Gatte gleichermaßen das Recht, mit beiden zu tun, was ihm beliebt.

2. Wenn eine verlobte Jungfrau oder Frau der Unzucht schuldig befunden wird.

Ist zwischen dem Bräutigam und den Eltern der Braut oder mit dieser selbst, wenn sie selbständig ist, nach Leistung des Muntshages und, wie üblich, vor Zeugen eine Vereinbarung über die künftige Eheschließung getroffen worden und stellt sich heraus, daß das Mädchen oder die Frau hernach Unzucht ge-

commisisse detegitur, una cum adultero puniatur, aut certe ei, qui isponsus fuerat, ambo tradantur, ut de eis quod voluerit faciendi habeat potestatem, et pretium ad illum sponsum, qui dederat, revertatur.

3. Antiqua. De adulterium uxoris.

Si cuiuslibet uxor adulterium fecerit et deprehensa non fuerit, ante iudicem competentibus signis vel indiciis maritus accuset. Et si mulieris adulterium manifeste patuerit, adulter et adultera ipsi tradantur, ut quod de eis facere voluerit in eius proprio consistat arbitrio.

4. Antiqua. Si adulter cum adultera occidatur.

Si adulterum cum adultera maritus occiderit, pro homicidio non teneatur.

5. Antiqua. Si pater vel propinqui in domo adulteram occiderint filiam.

Si filiam in adulterium pater in domo sua occiderit, nullam penam aut calumniam incurrat. Si certe reservare eam voluerit, faciendi de ea et de adultero quod voluerit habeat potestatem. Similiter et fratres sive patris post obitum patris faciendi habeant libertatem.

6. (Recessvindus.) Quod servi perventos adulteros occidere non iubentur.

7. (Antiqua.) Si puella vel vidua ad domum alterius pro adulterio venerit, eamque vir ipse habere coniugem vellit.

Si puella ingenua sive vidua ad domum alienam adulterii perpetratione convenerit, et ipsam ille uxorem habere voluerit, et parentes, ut se habeant, adquiescant: ille pretium det parentibus, quantum parentes puelle vellint, vel quantum ei cum ipsa muliere convenire potuerit. Mulier vero de parentum rebus nullam inter fratres suos, nisi parentes voluerint, habeat portionem.

trieben hat, so soll sie zusammen mit dem Buhlen bestraft werden oder es sollen beide dem Bräutigam übergeben werden, damit er mit ihnen nach Belieben verfahren kann; und der Muntschafz werde dem Bräutigam, der ihn entrichtet hat, zurück erstattet.

3. Vom Ehebruch der Ehefrau.

Hat jemandes Ehefrau Ehebruch begangen, ohne aber ertappt worden zu sein, so mag sie der Gatte vor dem Richter mit entsprechenden Beweisen und Anzeichen anklagen. Steht der Ehebruch der Frau offenkundig fest, so sollen dem (Gatten) der Ehebrecher und die Ehebrecherin übergeben werden, damit er mit ihnen nach Gutdünken verfahren kann.

4. Wenn der Ehebrecher mit der Ehebrecherin getötet wird.

Tötet der Mann den Ehebrecher mit der Ehebrecherin, so soll er nicht für den Totschlag haften.

5. Wenn der Vater oder Nahversippte die buhlerische Tochter im Hause tötet.

Wenn ein Vater seine Tochter bei der Buhlschaft in seinem Hause tötet, so verwirke er weder Strafe noch Friedensgeld. Will er sie verschonen, so habe er Macht, mit ihr und ihrem Buhlen nach Belieben zu verfahren. Das entsprechende Recht sollen nach dem Tode des Vaters die Brüder oder Vatersbrüder haben.

6. Daß Knechte ertappte Buhlen nicht töten dürfen.

7. Wenn ein Mädchen oder eine Witwe zu Buhlschaft in eines Mannes Haus geht und dieser Mann sie heiraten will.

Ist ein freies Mädchen oder eine Witwe der Buhlschaft halber in ein fremdes Haus gegangen und will sie der (Mann) heiraten und sind es die Eltern zufrieden, so entrichte er den Eltern als Muntschafz so viel, als die Eltern des Mädchens wünschen oder soviel, als er mit der Frau selbst vereinbart hat. Die Frau aber nehme keinen Teil neben ihren Brüdern an der Eltern Erbe, wenn die Eltern es nicht wünschen.

8. Antiqua. Si mulier ingenua sponte adulterio cuicumque se misceat viro.¹⁾

Si ingenua mulier cuicumque se viro adulterio volens miscuisse detegitur, si eam ipse uxorem habere voluerit, habeat potestatem. Sin autem noluerit, sue inputet culpe, que se adulterio volens miscuisse cognoscitur.

9. Antiqua. Si mulier ingenua marito alterius sese adulterii iungat stupro.

Si qua mulier ingenua marito alicuius adulterio se sociaverit, et ex hoc manifesta probatione convincitur, addicatur uxori, cuius marito se miscuit, ut in ipsius potestate vindicta consistat.

10. Antiqua. Pro adulterio torquendos servos et ancillas in capite dominorum.

Pro causa adulterii etiam in domini domineve capite servi vel ancille torquendi sunt, ut veritas certius possit inveniri et indubitanter agnosci.

11. Antiqua. Si pro celando adulterii scelere mancipium libertati tradatur.

Si quis pro occultandam veritatem mancipium manumittat, ne possit pro adulterii probatione torqueri, libertas data non valeat.

12. (Chindasvindus.) De adulterorum coniugum rebus.

13. (Chindasvindus.) De personis, quibus adulterium accusare conceditur, et qualiter perquiri aut convinci iubetur.

14. Antiqua. Si ingenuus sive servus virginem aut viduam ingenuam violenter polluisse adulterio detegatur.

Si viduam quisque vel virginem ingenuam violenter adulterandam conpresserit vel stupri forsitam commixtione polluerit, si ingenuus est, centum flagellis cesus illi continuo, cui

¹⁾ Zeumer *N. Arch.* XXIV, S. 610f. nimmt aus verschiedenen Gründen an, daß III, 4, 8—11 schon im Euricianus gestanden haben dürfen.

8. Wenn eine freie Frau sich freiwillig einem Manne hingibt.

Hat sich eine freie Frau freiwillig einem Manne hingegeben und will sie dieser zur Frau haben, so soll ihm das gestattet sein. Wenn der Mann aber nicht will, so hat sie sich selbst die Schuld beizumessen, da sie sich freiwillig hingegeben hat.

9. Wenn eine freie Frau Ehebruch mit dem Manne einer anderen begeht.

Hat eine freie Frau Ehebruch begangen mit dem Manne einer anderen und wird sie dessen durch klaren Beweis überführt, so werde sie der Gattin zugesprochen, mit deren Mann sie Ehebruch trieb, damit in deren Belieben die Rache stehe.

10. Bei Unzucht der Herren dürfen Knechte und Mägde gefoltert werden.

Bei Unzucht des Herrn oder der Herrin dürfen Knechte und Mägde gefoltert werden, damit die Wahrheit sicherer gefunden und unzweifelhaft erkannt werde.

11. Wenn jemand zwecks Verheimlichung eines Unzuchtvergehens einen Sklaven freiläßt.

Läßt jemand einen Sklaven frei in der Absicht, die Wahrheit zu verheimlichen, damit dieser nicht zum Beweis von Unzucht gefoltert werden kann, so ist die Freilassung nicht gültig.

12. Vom Vermögen ehebrecherischer Gatten.

13. Von den Personen, denen bei Ehebruch ein Klagerecht zusteht und wie man (in solchen Fällen) untersuchen und überführen soll.

14. Von Notzucht eines Freien oder Knechtes an einer freien Jungfrau oder Witwe.

Hat jemand eine freie Witwe oder Jungfrau mit Gewalt zur Unzucht gezwungen oder sie geschändet, so empfangen er, wenn er ein Freier ist, 100 Peitschenhiebe und werde sofort der Ver-

violentus extitit, serviturus tradatur; servus vero comprehensus a iudice ignibus concremetur.

15. Antiqua. Si ingenuus sive servus nesciente domino alienam consentientem adulterasse convincitur ancillam.

Si extra domum domini sui se adulterio volens ancilla miscuisse convincitur, in ancilla tantummodo vindicandi dominus habeat potestatem. Si vero ingenuus aut servus cum ancilla ex consensu in domo domini ancille reperiuntur talia commisisse, ingenuus quidem pro idonea ancilla absque infamio C verbera ferat, pro inferiori vero L; servus autem CL flagella suscipiat.

16. Antiqua. De adulterio ancille, si cum adultero violententer id fecisse probentur.

Si ancillam quicumque violententer conpresserit alienam eamque adulteraverit et vel in domo domini sui fuerit comprehensus vel in quocumque loco violentus extitisse convincitur, servus quidem CC hictus accipiat flagellorum, ingenuus vero L, et insuper hoc XX solidos ancille domino coactus exolvat. Dominus tamen, si id servo faciendum iussisse probatur, superiori ingenuorum et damno et flagello subiaceat.

17. Antiqua. De meretricibus ingenuis vel ancillis, aut si earum scelus iudices perquirere vel corrigere noluerint.

Si aliqua puella ingenua sive mulier in civitate publice fornicationem exercens meretrix agnoscatur et frequenter deprehensa in adulterio, nullo modo erubescens, iugiter multos viros per turpem suam consuetudinem adtrahere cognoscatur, huiusmodi a comite civitatis comprehensa CCC flagellis publice verberetur et discussa ante populum dimittatur sub ea conditione, ut postmodum in turpibus viciis nullatenus deprehendatur, nec umquam in civitatem ei veniendi aditus detur. Et si postmodum ad pristina facta redisse cognoscitur, iteratim a comite CCC flagella suscipiat et donetur a nobis alicui pau-

gewaltigten als Knecht übergeben; wird aber ein Sklave (dabei) ergriffen, so werde er vom Richter mit dem Feuer gerichtet.

15. Wenn ein Freier oder ein Knecht mit einer fremden Magd, ohne daß es deren Herr weiß, mit ihrem Einverständnis nachweislich Unzucht getrieben hat.

Hat außerhalb des Hauses ihres Herrn eine Magd sich freiwillig der Unzucht hingegeben, so soll nur ihr Herr die Macht haben, die Magd zu bestrafen. Wird aber ein Freier oder Knecht überführt, im Hause des Herrn der Magd mit ihrem Einverständnis solches getan zu haben, so erdulde der Freie 100 Peitschenhiebe, wenn es sich um eine tüchtige und unbescholtene Magd handelt, wenn um eine niedere (Magd) 50 Peitschenhiebe; ein Knecht aber erhalte 150 Peitschenhiebe.

16. Von Notzucht an einer Magd, wenn die Gewaltanwendung des Täters bewiesen wird.

Wenn jemand einer fremden Magd Gewalt angetan und sie geschändet hat und er entweder im Hause ihres Herrn ergriffen wird oder an sonst einem Orte der verübten Notzucht überführt wird, so empfangen ein Knecht 200 Peitschenhiebe, ein Freier aber 50, und überdies muß er 20 Schillinge an den Herrn der Magd bezahlen. Hat ein Herr nachweislich solches einem Knecht anbefohlen, so verfallt er der oben für Freie angeordneten Buße und Peitschenstrafe.

17. Von freien und unfreien Dirnen und von Richtern, die deren schlechtes Verhalten nicht untersuchen und bestrafen wollen.

Ist eine Freie, Mädchen oder Frau, in einer Stadt als öffentliche Lohndirne bekannt und oft bei der Unzucht betroffen worden und zieht sie ohne jede Scham viele Männer um ihres schimpflichen Gewerbes willen an sich heran, so soll eine solche der Stadtgraf ergreifen und öffentlich mit 300 Hieben auspeitschen lassen, dann vor allem Volke maßregeln und sie unter der Bedingung ausweisen, daß sie sich niemals mehr bei ihrem schimpflichen und lasterhaften Tun ertappen lasse und niemals zur Stadt zurückkehre. Und kehrt sie trotzdem zu ihrem früheren Tun zurück, so empfangen sie nochmals 300 Peitschenhiebe auf Geheiß des

peri, ubi in gravi servitio permaneat et numquam in civitatem ambulare permittatur.

Et si ita forte contingat, ut cum conscientiam patris sui vel matris adulterium admittat, ut quasi per turpem consuetudinem et conversationem victum sibi vel parentibus suis acquirere videatur, et ex hoc pater vel mater fuerint pro hac iniqua conscientia fortasse convicti, singuli eorum centena flagella suscipiant.

Si vero ancilla cuiuscumque in civitate simili conversatione habitare dinoscitur, a iudice correpta trecentenis similiter flagellis publice verberetur et decalvata domino reformetur sub ea condicione, ut eam longius a civitate faciat conversari aut certe tali loco transvendat, ubi penitus ad civitatem accessum non habeat. Quod si forsitam nec ad villa transmittere nec vendere voluerit, et iterum ad civitatem reversa fuerit, huiusmodi dominus in conventu publice L flagella suscipiat. Ipsa vero ancilla donetur alicui pauperi, cui rex aut dux vel comes eligere voluerit, ita ut postmodum ad eandem civitatem illi veniendi aditus non prestetur. Quod si contigerit, ut cum domini voluntatem adulterium admisisset, adquirens per fornicationes pecuniam domino suo, et ex hoc publice fuerit convictus, ipse dominus eundem numerum flagellorum, qui superius de eadem continetur ancilla, suscipiat.

Similiter et de ipsis precipimus custodiri, que per vicos et villas in fornicandi consuetudine fuerint deprehense. Quod si iudex per negligentiam, aut forte redemptus, talia vitia requirere aut contestari vel distringere noluerit, a comite civitatis C flagella suscipiat et XXX solidos reddat ei, cui a nobis fuerit ordinatum.

18. (Recessvindus.) De immundicia sacerdotum et ministrorum.

Grafen und werde von uns einem Armen übergeben, wo sie in harter Knechtschaft bleiben soll, ohne daß ihr jemals erlaubt werde, in die Stadt zu gehen.

Es kommt nun vor, daß sich eine mit Wissen ihres Vaters oder ihrer Mutter der Unzucht hingibt, um so durch ihr schimpfliches Gewerbe und ihren Umgang Unterhalt für sich und ihre Eltern zu gewinnen; wenn nun Vater oder Mutter dieser kuppelerischen Absicht überführt werden, so sollen sie je 100 Peitschenhiebe empfangen.

Wohnt aber jemandes Sklavin mit solchen Sitten in der Stadt, so erhalte sie vom Richter einen Verweis, empfangen ebenso öffentlich 300 Peitschenhiebe und werde geschoren dem Herrn zurückgegeben mit der Aufforderung, ihr weitab von der Stadt einen Aufenthalt anzuweisen oder besser noch, sie dorthin zu verkaufen, von wo sie keinen Zutritt zur Stadt mehr finden kann. Will (der Herr) sie weder auf ein Landgut schicken, noch verkaufen und kehrt sie wieder zur Stadt zurück, so empfangen ein solcher Herr vor versammeltem Volke 50 Peitschenhiebe. Die Magd aber werde nach Wahl des Königs oder Herzogs oder Grafen einem Armen überwiesen, und zwar so, daß ihr jede Möglichkeit genommen ist, nochmals in die Stadt zurückzukehren. Hat sie mit Wissen und Willen des Herrn Unzucht getrieben, um durch ihre Hurerei Geld für ihren Herrn zu erwerben, so empfangen der Herr, der solchen Verhaltens öffentlich überführt wurde, die gleiche Zahl von Hieben, wie oben für die Magd festgesetzt.

Entsprechend soll es auch mit jenen gehalten werden, die in den Dörfern oder auf dem Lande bei gewerbsmäßiger Unzucht betroffen werden. Ein Richter, der aus Nachlässigkeit oder infolge Bestechung solche Laster nicht zur Untersuchung und zum Beweis bringt oder sie nicht unterdrücken will, erhalte auf Geheiß des Stadtgrafen 100 Peitschenhiebe und entrichte 30 Schillinge einer von uns bestimmten Person.

18. Von Unsitlichkeit bei Priestern und Kirchendienern.